



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortationes|| Ad|| Religiosos

Dirckinck, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1704

Reg. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)

REGULA VIII. SUMMARII.

De Sancto Parentum & Consanguinorum odio.

EXHORTATIO I.

IN REGULAM VIII. SUMMARII.

Ostendit Parentes & Consanguineos relinquendos esse,
& odio habendos.

THEM.

Non veni pacem mittere, sed gladium. Matth. 10. 34.

VEL:

Curandum est, ut omnem carnis affectum erga sanguine
junctos exuat. Reg. 8.

Uilibet genuino
Societatis IESU
Spiritu imbutus
Tyro, mysticè
sibi faciendum
existimet, quod
ad literam moy-
ses Levitis præ-
standum, Dei nomine, mandavit. Exod.
c. 32. Ponat vir gladium super femur suum;
ite & redite, de porta usque ad portam. per
medium castrorum, & occidat unusquisque
fratrem & amicum, & proximum suum.
admirabile facinus, & à quo vel ipsa
abhorre videtur natura, manu pro-
priâ trucidare ac confodere Fratres, si-
bique sanguine juctos. Et tamen pa-

riore Moysi Levitæ, strinxerunt gla-
dios, de porta ad portam per castra u-
niversa irruerunt, Fratresque suos, &
cognatos neci dederunt. Quo fortiter
fideliterque peracto, ac peremptis tri-
bus & viginti hominum millibus; Epiphonema hoc protulit Moyse: Con-
traistis manus vestras hodie Domino, unus-
quisque in filio, & in fratre suo, ut detur
vobis benedictio. Praeterea hæc Religioso-
rum viororum figura est; qui veri & spi-
rituales sunt Levitæ; teste D. Ambrosio
c. 2. de fuga saeculi: Deo in Religionem
consecrati, Levite fugitantes sunt mundi
hujus, ut placeant Deo: relinquunt patriam,
parentes, filios; omnemque cognationem ut
uni Deo adhærent.

Ee

Hi

Hi igitur, Levitatum illorum more, gladios evaginent, stringant vibrant, ac sciant parentes, fratres, & cognatos; quā verò id ratione peragendum sit, nunc exponemus.

I.
Parentes
& cognati
relinquen-
di.

I. Admirandam, Veritas aeterna, Matth. 10, proutlit sententiam; dum dixit: *Nolite arbitrari, quia pacem venirem mittere in terram; non veni pacem mittere, sed gladium.* Quid est hoc Dominus? An non pacem mentis, pacem unionis fidelium, inter se, ac cum Deo & Angelis ejus, qua ducit ad pacem & felicitatem aeternam in celis, te allatur varicinatus est Isaiae c. 9. v. 6. & c. 65. v. 25. Et an non te in terris nato, Angeli eam hominibus annuntiavit Lucez 2. 14. Quā igitur ratione, veritati consonat: *Non veni pacem mittere sed gladium?* Omnidem, pacem spiritualē, pacem mentis volo: sed nolo pacem terrenam ac mundanam, sed gladium: seu separationem, ut habet Lucas c. 12. 51. Volo enim separari fideles ab infidelibus, Catholicos ab hereticis, religiosos à mundanis, Filios à parentibus, & cognatos à cognatis: *Venient分离, hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus sororum suam.* Et cur illud obsecro? *Quia inimici hominis domesticus eius.* Eveniet enim, ut Pater filium, Frater Fratrem, conetur retrahere, vel à fide, vel à religione, pietate, ac divino obsequio: quo casu: *Veni separare.* Praetare multa verba S. Chrysostomus: *Venit inquit, Potesias Evangelist, adeo, ut filii quoque contemnant parentes suos, filia matres suas, & parentes liberos; imo & animam (vitam) &*

*omnia pro pietate (& religione) exp-
nent.*

Quisquis igitur, vult Deo, sub crucis labaro, in Societate IESU militare, stringat gladium, necesse est, ferat, cedat, & faciat separationem, sejunctionem, divisionem, sui, à parentibus & fratribus, & cognatis. Hoc exigit Dux tuus Christus, qui te in militiam suam adscriptis, & hunc tibi gladium offert ac porrigit: hoc requirit Centurio tuus, in cuius cohorte stipendia metet, S. Ignatius: hic enim regulā 8. init: *Unusquisque corum qui Societatem ingrediuntur, existimet sibi patrem & Matrem, fratres & sorores, & quidquid in mundo habebat, relinquendum.* Atque hoc est facta militie rudimentum: est vita religiosa exordium, est primaz de mundo Victoriae trophaeum: quod ante omnia est omnino necessarium. Quid enim? An non id postulat Apololica vita ratio? Evangelii ubivis terrarum predicationis? Ad fideles infidelisve missi? Separatio fiat, necesse est. Ut Apololatum in omnem terram sonis exeat; ut sudes incrementum capiat, gladio & separatione opus est. Parentes & patriam relinquere oportet: Non enim est prophetia acceptus in patria sua: nec Evangelista, nec Apostolus: *Si Petrus & Andreas remansissent apud parentes Beihaidæ, quis fidem invexisset Romæ & Italiam?* Quis Religionem Christianam, Thracię, Scythię, Achaię, aliisque regionibus? Non ergo *veni pacem mittere sed gladium, sed separationem.*

Separatio illa egregiè olim in Abrahamo Patriarcha Sancto, adumbrata legitur Gen. c 12. 1. Cui à Domino manda-

Pekin
XVI

mandatum fuit: Egressere de terra tua, & de iugatione tua, & de domo Patris tui; & veni in terram, quam monstrabo tibi. Voci divinae exemplo paruit Patriarcha: exiit enim de Ur Chaldaeorum, & petravit in Haran; cùm verò ibidem risperiret parentem, ut summis mandatum divinum perfectione adimpleret, nec eo loco subtilit, sed aliò iter promovit. Eadem separatio adumbrata, Spirituque Propheticō à regio Vate predicta sui Psalm. 44. Audi filia & vide, & inlina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & dominum Patris tui, & concupisces Rex decorum tuum. Quibus verbis, priore major perfectio exigitur: non enī duxat ait: Egressere; aut defere; sed obliuiscere, quod est amplius: quid enim juvat parentes corpore defere, si maneat in corde? Igitur obliuiscere populum tuum: Si enim in mente velut aut populi, aut dominis tua relindeat, haud Regi placebit, nec is concupisces decorem tuum.

Si separationis & obliuionis ejusmodi exempla dederemus, unde luculentiora, quam ab ipso met Salvatore, e-jusque Apostolis de promet us? An non Redemptor noster Beatisimam Virginem Matrem suam, & S. Josephum educatorem suum reliquit; quando Hierobolynus in templo remansit, & post triduum inventus in medio Doctorum, interrogans & respondens illis? Cūmque sancta Mater quā increpando dicaret: Fili, quid secessisti nobis? Ecce pater tuus & ego dolores querebamus te. Ipse depositus: Quid est quid me querebatis? Nesciebatis, quia in huic patru mei sunt, sportet me esse? Luca c. 2. Et alias, cūm

singulari ratione, vacatus erat iis, quae Dei sunt; dictum illi fuit Matth. 12. Ecce Mater tua, & Fratres tui sunt, querentes te. Quibus ipse respondit: Que est Mater mea, & qui sunt Fratres mei? Non quasi non diligenter, non quasi virginem pauperem Matrem non agnoscet; nam & tenerrimo in eam forebatur affectu, & intimè pernocebat; sed ut, deserendos, oblitiorique dandos esse parentes ac propinquos, ab iis, qui Dei servitio se manciparunt, nos edoceret. Nōnne idem suo nos docuēre exemplo Petrus & Andreas; quibus à Domine uno dictum fuit: Venite post me, sicut iam vos fieri pescatores hominum: & illi continuo (abique mora) reliquis retibus (& omnibus) secuti sunt eum? Matth. 4. Et procedens inde vidit alios duos Fratres Jacobum Zebedei & Joannem fratrem eius & vocavit eos. illi autem statim (abique replica) reliquo Patre Zebedeo, & navi, ac reti secuti sunt Dominum.

Quodnam verò primum, parentes, & omnia relinquenter à Salvatore promissum sit, indicatus Matth. 19. 29. Ubi cùm Petrus confidenter diceret: Domine, ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Christus mox respondit: Amen dico vobis quid vos, qui reliquistis omnia & secuti estis me: sedebitis super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel: & omnis qui reliquerit dominum vel fratres, aut sorores, aut Patrem aut Matrem aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nonen meum, centuplum accipiet & vitam eternam possidebit.

Quare, Charissimi, Christi & Apostolorum exemplo, nobis qui vitam Apostolicam amplexi sumus, parentes,

Ecc. 2. frates

fratres & sorores deserendi sunt, patria & quidquid in mundo habebamus, relinquendum est. Id quod jam laus Deo, praestitimus; hic fuit primus perfectio-
nis nostra gradus, hæc prima victoria, de mundo, carne & sanguine à nobis re-
lata: hæc prima pars Regula 8. à S.
Ignatio nobis prescripta; impletio: *U-
nusquisque existimat Patrem & Matrem,
& quidquid in mundo habebat, relinquent-
dam.* Non solum re ipsa, sed & affectu
& cogitatione; ita, ut quasi omnium
obliviscamur. Atque hoc ita serio nobis
exequendum est, ut si Deo placaret, &
Superiore prescriberent, parati esse
propter Deum & Evangelium, in
omnem reliquam vitam nostram, nun-
quam amplius parentes & propinquos
vel oculo intueri, vel verbo assari: idque
non solum Novitiatū nostri biennio:
sed totā insequente vitā, quemadmo-
dum innumeris de Societate, illustres vi-
tri, in Indiam, Chinam & Japoniam
profecti re ipsa, praefliterunt. Non de-
generemus à præcessis cogitationibus
majorum nostrorum: si magna pro Dei
gloria aliquando praefitare cupiamus.

II.
Parentes
& cognati
odio ha-
bendi.

II. Primo gladii ieiū librato, &
etiam separatione, minimè nobis est ae-
quicendum; sed denuò vibrandus gla-
dius, & aut exim dividendus, aut pun-
ctum confundiens, inordinatus atque
carnalis erga parentes ac propinquos
affectus & amor: isque in odium fa-
ctum est commutandus. Et hoc est al-
terum, quod S. Patriarcha noster in
præsente Regula requirit; dum mox
subtexit: Imò dictum sibi existimet
verbum illud (Christi) *Qui non odit Pa-
trem & matrem, insuper & animam suam,*

non potest meus esse Discipulus. Non solet
sanctus Fundator Regulas suas, divini
eloqui sententias stabilire; & in hac
adeò ardua ac difficulti, eas minimè pra-
termittendas existimavit. *Qui non odia
Patrem & Matrem, non potest meus esse
Discipulus.* Lucas c. 14. 26. Ratio est ut
intuas S. Hieronymus, & alii: Quia Christus utpote Deus, Dominus Salvator ac Redemptor noster longè parentibus, & omnibus cognatis est antepo-
nendus: quare qui eum illis postponit,
ut propter eos vel à fide, vel à lege Chil-
istica, vel à religione & servitio divino
descusat, atque in peccatis mundique
periculis perficit, Christum indigne
tractat; summamque ei ignominiam
inficit: & ideo indignum se reddit,
qui de Christi familla & schola recen-
seatur. *Non est me dignus.* Matth. 10.
37. Non est dignus me Magistro, n
est dignus, meo nomine, confitio, So-
cietace, gratiâ, regno, ceterisque pro-
missis meis.

Qui non odit. Sed quomodo, querit S.
Gregorius, jubemur propinquos odisse; qui
jubemur & inimicos diligere? Respon-
deo odium, quod est rei male dispi-
centia, esse duplex: unum est dispi-
centia mali veri, quale est peccatum, au-
tum inclinans, inducens ad peccatum;
quia verum bonum impedit: atque hoc
odii perfecti nomen obtinet: de quo
David: *Odit perfido oderam illos.* Psalm.
138. Alterum est dispiacentia mali op-
inatio; tale est, vita Christi, vita San-
ctorum, Pietatis opera, Concisiones, Je-
junia, quæ odio habentur ab impiis, illa
esse mala opinantibus, sed hoc nuncupatur
odium iniquum. Psalm. 24. *Odis-*
ingue

iniquo oderunt me gratis: Et hoc odio mali oderunt bonos, locumque nonnunquam reperit inter servos Dei, praesertim inter Tyriones incipientes, & etiam imperfectos; quibus displacent jejunia, ponez injunctæ, correptiones Superiorum, & fratum ferventiorum exempla. Secundum hoc odium longè sit à nobis; primum verò erga parentes & propinquos exercendum est; ut quisplacentiam habeamus, non erga personas, sed erga id quod verum malum est; tale autem malum est. quando nos à servitio Dei retrahuntur; quando nos in vocazione Christi retardant; vel quando nos in Spiritu, virtutumque profectu impediunt; rursusque caducis mundi rebus involvere parant, atque intricare.

In hoc casu, gladio Spiritus utendum est: *Qui amat Patrem aut Matrem, plū quam me, non est me dignus.* I. c. *Qui non odit Patrem, &c.* Quis non odit inimicum suum? Inimicus autem homini hac in re, domestici eius. Sed cur obsecro? An non inimicus tuus est, qui è naufragio littus jam contingentem, repellit in fluctus? An non hostis est, qui ex incedio profugum, retrahit in flamas? An non adversarius est, qui hostilibus manibus & armis elapsum, iisdem prodit & denus obicit? O durum Patrem! O feram Matrem! Exclamat Doctor melillius, Epist. 111. O parentes crudeles & cupidi! imò non parentes, sed peremptores, quorum dolor, salus pignorus & quorum consolatio, mors filii est: qui me malunt perire cum eis, quām regnare sine eis. Qui me rursus ad naufragium, unde tandem nudus eratis; rursus ad ignem, unde vix semiuersus

exivit; rursus ad latrones, à quibus semivetus relidus sum, sed miserante Samaritano, jam aliquantulum convalesci, revocare conantur. & militem Christi, propè jam rapto celo, triumphantes, ab ipso introitu gloria tanquam canem ad vomitum, tanquam suem ad lutum, ad faculum reducere mortuantur!

Sub tali igitur qualitate parentes odio habendi sunt, quod felicet non amicos, sed inimicos se nobis exhibeant: non parentes, sed peremptores; quibus levamen est filium perire, quibus sollatum est damnatis habere socium damnationis: quibus non sufficit quod in hac saeculi misericordia, miseri miserum induixerint, & peccatores peccatores in peccato suo generint, nisi etiam simul invideant misericordiam, quam consecutus est ab eo, qui non vult mortem peccatoris; & insuper filium gehenna efficiant.

Quapropter, Dilectissimi, Christi Domini & Sanctorum exemplo instruti, non solum, ut cepistis, parentes, & amicos cum mundo universo relinquite; verum etiam, crebram illorum memoriam, & cogitationes illecebrosas, deponite: imò generosos a deo Spiritus concipite, et mox à Tyrocinio, si Deo ac Superioribus placeret, parati electis, illos nunquam amplius oculis intueri. Deinde casu quo, parentes, aut propinqui, vos vel in obsequio divino impedire, vel quod pejus est, à religione avelere, & in mundi procellas ac pericula retrahere molientur, prædictum odium sanctum concipite & in pectora foveate: Oportet enim nos Deo magis obire quam hominibus, majorisque Deum

Ee 3 com-

complecti amore, quam parentes. Qui amant Patrem aut Matrem, plus quam me, non est me dignus. Matth. c. 10. Denique si omnino importunitate aut violentia parentes contantur, & ut loquitur S. Hieronymus, Epist. 2. ad Heliодorum; Contentur in pedore tuo Christum occidere: tunc ut subiungit idem S. Doctor, Licit

parvulus in collo pendeat nepos; licet parvus in crine & scissis vestibus, ubera, quibus interierat mater ostendat; licet in limine posteri jaceat; per calcatum perge patrem; per calcatum perge matrem; & sic oculi, ut vexillum crucis evola: solum pietatis genus est, in hac re esse crudellem.



EXHORTATIO II. IN REGULAM VIII. SUMMARII.

Ostendit, amorem carnis exuendum nobis esse, cumque in spiritualem convertendum.

T H E M A.

Si quis venit ad me, & non odit Patrem suum & Matrem suam; non potest meus esse Discipulus. Lucæ. c. 14. 26.

VEL:

Carnis affectum exuat ac illum in spiritualem convertat. Reg. 8.



Unquam certum, illum honorifico eam matris notum, indubitate, mine compellasse; sed mulieris. Malum ecce filius tuus. Quid mihi & tibi est mulier? Et cur obsecro hoc? Ingeniosè pone more expendit id mellifluus Doctor rem nostram, Serm. de mutat. aqua in vimum, dum ait: Quid mihi & tibi est mulier? Quid tibi & illi Domine? Non ne quod filio & matri. Quid ad illam pertinet, quarecum sis benedictus fui-

mus.

Quis ventris ejus immaculatus? Nonne ip[s]i est, qui salvo pudore concepit, & sine corruptione te peperit? Nonne ipsa est in cuius utero novem mensibus maturus es? Nunc ergo Domine, quid molestus es? Ili dicens: *Quid mihi & tibi est mulier?* Multum per omnem modum. Ut quid ergo fratres, ut quid sic respondet? Non velut indignans, non ut confundere volens ejus verecundiam; sed unquam propter vos; ut conversos ad Dominum, am non sollicitet carnalium cura parentum. & necessitudines ille non impedita frumentis exercitum. Quamdiu enim de mundo sumus, debitores nos comitare parentibus, at postquam reliquimus nostris etiis, multò magis ab illorum sumus liberi sollicitudine. Et paulò p[ro]lixi Optimè ergo nos docuit Dominus, ne sollicitissimus super propinquis carnis nostræ pl[ac]et, quam religio postuleret, quando ip[s]i matri, & tali matre respondit: *Quid mihi & tibi est mulier?*

Quare in hac exhortatione; cur & quomodo amorem carnis exuere, eum in spirituali convertere, cognatoique ordinata Charitate complecti oporteat, declarabimus.

1. Primum quod S. Ignatius parentes nostrar[um] postquam quis parentes reliqui[er]it, ut omnem affectum carnalem exuere studeat. *Carandame i[st]i, inquit Reg. 8. Ut omnem carnis affectum erga sanguine junctor exuat.* Non possumus autem carius affectum exuere, nisi proboscianus, quid sit antor carnis, aut in quo ille consistat. Quid igitur est amor carnis, de quo sic S. Pater loquitur? Respondet: *Affectus seu amor carnis & sanguinis, seu potius amor sensualis est, qui respicit quidpiam, vel ad carnem & sanguinem, vel ad sensualitatem, vel ad conditionem aliquam naturalē spectans.* Sic 1. Amor seu affectus carnem respiciens est, si quempiam amore prosequimur, quia ex eo nati sumus; vel si amore ferimur in fratres & forores, quia ex iisdem parentibus orti sumus: vel quia nepotes sumus & sanguinis aut affinitatis vinculo connectimur: omnia ista fundantur in carne & sanguine. Huc quoque reducitur, dum erga certos, amorem foremus, quia e[st] iudicem nobiscum sunt Provincia, Patria aut Civitatis. 2. Ad sensualitatem vero percinet, si ad nonneminem tenetius afficiatur, quia in orum suavitate & humanitate est prædictus: quia formæ eleganciæ, nobilitate profapizæ + cultu velutin elegantiore, aut honorum insignibus decoratus est. Omnia enim ista sensualitatis alimenta sunt. 3. Ad conditionem autem naturalem spectat, si quempiam amore complectimur, quia e[st] iudicem nobiscum humoris, temperamenti, aut complexionis naturalis est, vel eiusdem conditionis, aut statu, vel in moribus, aut modo agendi nobis est similis: quia naturam respiciunt.

Hic portio affectus quaternis potissimum rebus cognoscitur, alitur, & foretur, 1. Frequenti cogitatione. 2. Crebrâ collocutione. 3. Literis. 4. Negotiis: quemadmodum ex a[ct]u verio; dum erga quandam odium gerimus, à cogitatione, colloquio, litteris ultro citroque mittendis, aut accipiendo atque à negotiorum cum eo tractatione abstinemus. Quod si vero

cujus-

cujusdam teneamur amore, praesertim rō Joannes Baptista, qui cum Christi parentes sunt aut sanguine juncti eo non convixit; Sed in eremo vitam egarum recordatione, alloquis, epistolis, nec sensuali, sed Spirituali & perfecti negotiis plurimum delectamus; nam summo in eum cerebratur amore, ad sum-

1. Libenter crebrā sororum cogitationem, & Spiritus Sancti ne & recordatione occupamur: Ubi plenitudinem pervenit. Hac de causa Thesaurus noster est, ibidem & cor no- S. Franciscus Xaverius, ut l. i. c. 9. strum, & animus, & memoria erit, vite ejus legitur, Romā in Lusitaniam Id quod magnum Spiritui damnum patens, & inde in Indian Orientalem rit: dum vel vanè effert, vel mœstia profectus, cum quatuor duxtaxat ledejicit, vel cogitationes à Deo & divinis à patro solo distaret, adduci numeris avertit: ac proinde parentes, eo quam potuit, ut vel paululum de vi rum divitias, paupertatem, vitam, deflectens, consanguineos, imò & filios, filiorum collocationem, facultatem Macrem salutaret: quamvis tatum accrementa, fortunam, aut in- efficiam id illa sibi officii praetari potuit, identidem animo volvere, stulareret; & ipse nosset, isthac occasio alienum esto ab illo, qui coniunctio- ne dilapsa, nunquam sibi ex inde eonem cum Deo affectat, quémque sol- rudentis visendorum facultatem fore, licitum esse decet de iis, qua Domini Id ipsum praestit quoque R. P. Petrus sunt; & curare, ut eidem placeat. Faber cūm non nisi quis, à solo nata-

2. Elucet amor carnis, & fovetur, li, leucis abesset.
præfentiā & colloquijis crebris, quæ 3. Scriptio frequenti literarum, multis pernittem & ruinam peperere: affectus carnis nutritur. Scribuntur enim excitantur enim parentum verbis, la- non raro quæ vel mentis tranquillitas, crymis, gestibus, & manuum attri- tem & malaciam perturbant, vari- tationibus, affectus amoris olim se- rūmque passionum fluctus, ac tumultu; nascentur affectus gaudii in pro- tus excitant, ut præteream, mulum speris, sollicitudinis verò, tristitia & temporis pretiosi, crebris, prolixia melancholia in adversis; atque ita pax que literis exarandis dilapidari. Pra- & quies anima perditur. Quis minus claro nobis hac in parte præludit exem- impedi cognatos & affines suos po- plo S. Fundator noster: dum enim ut- tuit, quām Christus JESUS? Quis ma- referit P. Tannerus pag. 3, depositus potuit aut voluit illos adjuvare? preciosis vestibus, indutus facio, & Nihilominus, ejus præsentia, & A- sub vili habitu genus suum nobile oc- postolorum, (quorum major pars ei cultans, domum Lojolam, unā cum sanguine aut affinitate conjuncta erat) omnibus paternis bonis deseuit; om- affectio sensualis, profectum eorum, nem suorum amorem & cogitationem & Spiritus Sancti adventum impedi- ita penitus ibi reliquit; ut nihil dein- vit. Si non abierto, Paracletus, non veniet ceps de domo & familia sua rescri- cu- ad vos, inquietabat Christus. Contrā ve- peret, nullis ad quenquam de suis,

1059

sotus undecim annos , datis literis :
quas verò ab ipsis in fasciculo aliquan-
do , accepit , ut erant , colligatas ,
neque inspectas in focum injecta.

4. In expediendis parentum aut co-
gnatorum negotiis , d'gnoscitur quo-
que & alitur affectus carnis : quod A-
postolus vetus ; dum ait : *Nemo militans
Deo implicat se negotiis seculatis.* Si
quis è nobis parentum promotiones
procuraret , negotia urgeret , contro-
versias forenses dirigeret , testamenta
exequi vellet ; nam negotiis seculari-
bus t'lese intricaret ; & divinis obse-
quis subtraheret : *Quod enim ad alia
officia confertur , hoc religionis cultui , &
nostro officio decerpitur* , ait S. Ambro-
sius de fuga sec. c. 2. Si talia Redem-
ptor noster ne quidem in re pia per-
mitib; quanto minus permitteret in re-
bus mundanis ? Veniens enim nonne-
mo , ad Christi sequelam se offerens ,
sed prius Genitori parentandi licen-
tiam reposcens , Domine permitt me mibi
primùs ire & sepelire patrem meum : à
Christo audire debuit : *Sine ut mortui
sepellant mortuos fuos : tu autem vade &
annuntia regnum Dei* Luce 9. 59. Doctri-
na huic ad amissum sese conformavit
Apollonius Anachoreta , de quo Cal-
sianus Coll. 24. c. 9. cum rogaretur à
fratre secundum carnem , ut se juva-
ret ad extrahendum bovem præcipita-
tum ; respondit se jam ante annos vi-
ginti mortuum finisse.

Hec igitur sit una è præcipiis curis
nostris in Tyrocinio affectum carnis ,
exuere ; omnémque amorem sensua-
lem , & naturalem , in carne , san-
guine , complexione , forma , patria ,

aliave re naturali fundatum deponere ;
ut detrimenta spiritus & profectus spi-
ritualis , ex eo prognata decinemus .

II.
Carnis af-
fectus in
spiritua-
lem con-
verten-
dus.

Hac verò non contentus S. Fun-
dator , mox alterum , quod requirit ,
subtexit : ut non modò omnem carnis
affectum quisque exuat ; verum etiam ,
ut illum in spiritualem convertat . I. e.
Atque hoc est exuere veterem homi-
nem , & induere novum , dum man-
dato Dei novum impletur : *Ut dili-
gatu invicem , amore non alio , nisi
spirituali.* Quid verò est , affectum
carnis in spiritualem convertere ? Tunc
id præstamus , quando is , quibus an-
tè carnalia bona volebamus , nunc spi-
ritualia optamus , volumus , ac favemus ; quando parentum & cognatorum
animabus , omnis generis dona spi-
ritualia , celestèque favores desidera-
mus ; ac precibus nostris à Deo illis
obtinere contendimus : quando omni-
um bonorum operum nostrorum eos
participes reddimus : eosque incessabili
Bonitatis divina , providentia com-
mendamus : quin & , si nos vitam In-
stituto nostro conformem duxerimus ,
nullatenus dubitandum est , quin Su-
prenum Numen , etiam intuitu nostri ,
ratione peculiari eos adjuturum sit . Cu-
jus rei magnus Dei amicus Abraham
exemplum præberet ; qui quidem pro
cognato suo Loti nihil pecvit , & ta-
men Deus propter merita Abrahæ , il-
lius meminit , bonisque eum locuplet-
avit . Appositè hanc in rem S. Ambro-
sius in c. 9. & 12. Luce scribit : *Nec es-
tudint generis , divina religionis pietas
anteferatur. Addo : idcirco parentes relin-
quere debemus , ut magis grati his simus ,*

F f. & eos

& eos magis amemus ; ut eos meliori modo diligamus ; etenim si eos reliquerimus , ut toti Deo tradamus , consequemur preceps nostris . quod Deus illorum miseris , ad salutem eos ducat eternam , & sic pro vita corporali , quam ab illis accepimus , retribuemus spirituali & eternam . Deinde amabimus illos , non dilectione humana & sensuali , que infideli roties exhibit ; sed Charitate Dei , que fiduciissima est , & miserum amorem carnalem , elevabimus in spiritualem , per quem plus & fidelius , & constantius , & utilius eos diligimus . Hactenus S. Ambrosius : Idem hoc prudentissime in regula cataria commendat S. Ignatius . Si vero Tyronum quispiam , praelestum antequam in virtute bene fundatus sit , cognatos adjuvare velit , timendum est ; ut veniat , usque in Endor , & fiat ut sterlus terrae . Hojus rei exemplum tragicum S. Bernardus refert Serm. 64. in Cantica . Vidi ego , ait , hominem incedentem bene , & ecce cogitatio (quidni vulpecula fuit) quantum , inquit , bonum , quo solus fruor : si essem in patria , possem utique impetriri Fratribus & cognatis , notis & amicis : amant me ; facile aciescent suadenti . Ut quid perditio haec ? Vado illuc , & salvo multis ex illis , & me pariter : nec verendum in loci mutatione ; etenim dum benefaciam , quid inter alii ubi ? nisi quod illic procul dubio satius , ubi fructuosius degam ? Quid plura ? It & perit miser , non tam exul ad patriam , quam canis reversus ad vomitum . Et se perdidit infelix , & suorum acquisivit neminem . Hac S. Bernardus .

Sit iam periculosest , nondum in perfectione stabilito , Cognatorum sa-

lute m querere ; quanto periculosis , familiaria eorum negotia tractare ? Id minime nobis eveniet , si carnis affectum in spiritualem transformaverimus ; & spiritualibus obsequiis ac precium sufficiemus , pro Instituto nostro , eos proteguntur .

III. Histerium à S. Patriarcha , in Regula dicta requisitum accedit ; ut scilicet debitum Charitatis ordine nem obseruemus . Eosque diligant eo soli amor , quem ordinata Charitas exigit . Ordinata autem Charitas est , quando in amando debitum ordinem tenemus , & illos magis amamus , quos secundum restitutio- nem magis amare obligamus . Magis autem , secundum restitutio- nem , amare oportet eos , quibuscum magis in Spiritu conjunctionem habemus . Sic , v.g. Primo loco & ante omniam mandus est Deus . 2. Anima nostra propter Deum . 3. Superiores , qui sunt Patres in Spiritu . 4. Reliqui Fratres secundum Spiritum , nempe Patres & Fratres Societatis : & inter iis quidam illos magis , qui majori perfectione sunt conspicui ; exterius autem , equaliones benevolentia proficiunt . Huic tamen non obstat ; ut libenter quis recreationis tempore , cum illa versetur , qui magis edificant , & Spiritum juvent ; modo non offendamus illos .

Post hos , amore spirituali complectendi veniunt . 1. Parentes . 2. Fratres forores , consanguinei . 3. Proximi , apud quos habitamus ex obedientia . 4. Omnes reliqui Christiani . 5. Denique infideles . Ad ordinatam quoque Charitatem pertinet , ut Consanguineorum & nimam .

niam, præ corpore diligamus; ut si infelices sint, contempi, infirmi, pauperate pressi, non cupiamus aut petamus alter eos ab his adversitatibus liberari, quam prout saluti eorum expediat. Conta verò, si prosperitate, honore, sanitate, opulentia beentur, non alia de causa, gaudio perfundamur; nisi quia inde Deo & Republica Christianæ utilitas nascitur. In adversis non nimia tristitia obruamur, in secundis non gaudio nimio exultemus; eos laude non nisi moderata prosequamur; non libenti animo de illis colloquia misceamus, non de illis inaniter esferamus, & nisi sine sancti, de illis non interrogeamus, non crebro invisamus, non literas frequentes exaremus, sed amori carnali & naturali mortui, sola Charitate supernaturali vivamus.

Praeclarissimum in his charitatis spiritualis specimen S. Parens noster filii suis exhibuit, de quo in vita ejus meminit P. Ribadeneira L. 2. c. 5. Quando multis de causis Sociorum suorum sua sui in patriam proficiscicebatur; appropinquantem nos Fratres & cognati obvios misere, qui eum in arcem suam Loyolam adducerent: verum id minime ipsi persuaderi potuit; sed Asperthiam ad oppidum Loyolæ vicinum perrexit, ubi Clerus, populique, supplicabundus, tanquam viro sancto, ante oppidi ingrellum occurrit. Fratres quoque & propinquui, non modo demissè rogârunt, sed & adjurarunt quodammodo; ut Loyolam secum concederet: at nullis precibus, nullis rationibus aut sua-

tionibus locum dedit: ad Xenodochium & pauperes divertit. Quo deinde Fratris ejus uxor lectum magnificè ornatum, supellecilem, cibum & omnia viro nobili digna manu liberali submisit: sed neque lecto uti, neque cibo veluti sustinuit; verum hoc in pauperes distributo, ipse humi somnum carpit, & pane emendicato visitavit. O specimen proflus illustre abnegationis carnis & sanguinis! quod merito nobis ruborem injiciat: atque exuendum carnis affectum, etiisque in spiritualem commutandum ordinemque charitatis observandum inflameret!

Quocirca, Charissimi, exemplo Christi Domini & S. Patris nostri Ignatii, aliorumque plurimorum, animati, omnem carnis & sanguinis affectum & inordinatum erga parentes & cognatos amorem exuerie conemur: & crebram memoriam illorum, crebram allocutionem, scriptionem, conversationem & negotiorum executionem devitemus; qua grandia Spiritui detrimenta parunt. Deinde puro, sincero ac spirituali amore eos in Domino amplectamur, ferventibus precibus, bonis operibus & religiosis vita cursu eos adjuvemus, pliisque illis emolumenti spiritualis adferemus, quam rebus aliis adiaphoris, vel illis, vel nobis, vel utrisque nocivis. Denique ordinata illos dilectione prosequamur; hac via, famulis Deo dignis, charisque Christi discipulis ac Sociis accensimur.

PCKING
XVI



EXHORTATIO III. IN REGULAM VIII. SUMMARII.

Explicit tres causas, seu modos parentes, & omnia
mundana relinquendi.

T H E M A.

*Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo
in Deo. Ad Coloss. 3. 3.*

V E L :

Ut qui mundo mortuus, Christo Domino nostro soli vivit. Reg. 8.



Uotquot Christi
Domini amore
parentes, cognati,
& Mundi bona
relinquunt, &
odio sancto pro-
sequuntur, mul-
tiplici à Deo be-
nedictione complentur. Hanc benedi-
ctionem consecuti sunt Levitæ. Fratres
& cognatos iussu Dei, trucidantes; jux-
ta Domini promissa: *Ut detur vobis bene-
dictionis.* Exodi 32. Hanc benedictionem
assecuta fuit Regina, cui dictum, *oblivia-
re populum tuum,* & donum patristui.
Psalm. 44. Placuit enim Regi, & con-

cupivit Rex decorum ejus. Hanc bene-
dictionem copiosè promeruit excellen-
tissimè obedientia, & mortificatione
amoris erga patriam & cognatos, Pa-
triarcha Abraham. Gen. c. 12. Dum
promptè patriam deseruit, quamvis ne-
sciret quo pergeret, totâque vitâ suâ pe-
regrinatus est in terra Chanaan, un-
nem erga sanguine junctos affectum ex-
uens. Cajetanus septenas ejus recentes
benedictiones, ipsi à Deo promissas, &
præstatas. 1. Erat principatus & pa-
ternitas magnæ gentis: *Faci amorem
in gentem magnam.* Gen. 12. 2. Copia
frugum & opum: *Et benedicam tibi.*
3. Celebritas & gloria: *Et magnificatio
noveris.*

nomen tuum; ut sit celebre cunctis saculis. 4. Complexio omnium bensditionum: Christus benedictus. 5. Non solum ipse, sed & amicis ejus data beneficiorum: Benedic anima benedictibus tibi. 6. Ipsi vero hostibus maledictio inflata. Maledic anima benedictibus tibi. 7. Inter benedictur omnes cognationes terra. Scient in Christo ex te nascituro, ut exponeat S. Paulus ad Gal. 3.

Hac beneficia corporalia, quæ parentes, patriamque desiderentibus promittuntur, Religiolis, parentes, mundumque universum, Christi amore, relinquentibus, benedictione spirituali abundantius conferuntur: sed ad hoc præter quinque puncta binis exhortationibus præcedentibus explicata, tria insuper requiruntur, quæ sunt vel esse Christus, vel causa, vel modi perfectæ parentes ac mundum relinquenti, & à S. Patre Regula 8. allegantur, sūntque ista:

1. Ut qui mundo & amori proprio mortuus.
 2. Christo Domino nostro soli vivit.
 3. Eumque loco parentum, fratrum, & rerum omnium habet.
- Quæ tria, præsente exhortatione enucleabimus.

I. Primum motivum, seu causa, parentes, cognatos, & omnia mundi bona relinquenti, & odio sancto profundiendi est: mors civilis Religiorum: Ut, (ive, tanquam) qui mundo mortuus, ait S. Ignatius, Reg. 8. Mortuus sis, exclamat Apostolus: & vita vestra abscondita est, cum Christo, in Deo. Ad Coloss. 3. Mortui es tu, per ingressum in religionem Mundi; Carni, Sanguini, peccato, vite veteri & conversationi mundana: & vita vestra prælens, religiosa, pia, cum virtutibus & gratia, quas posside-

tis & gloriæ, quam exspectatis, abscondita est ab oculis mundi, hominumque mundanorum. Si ergo mortui estis mundo, & carni & sanguini, erga ea instar mortuorum, vos geratis oportet. Quia verò ratione instar mortuorum vos gerere poteritis? Explanat id S. Chrysostomus hisce verbis: Quia non videt, mortuus quidquid circa se geratur, nec exultare, nec affligi. Cadavere Filii præsente, Parentes elevetur in thronum, & diadema te coronetur, mortuus non exultat: Parentes idem privetur scepro, exturbetur è regno; mortuus non affligitur. Paritate Societatis Religiosius erga parentes & res mundanas le habeat. Parentes angeantur honoribus, pro parentibus divitias, omnibus deliciis ad votum affluant. Religiosus non exultat: Parentes, fratres, sorores, nepotes, & sanguine propinquos juncti redigantur ad incitas, preventur dignitatibus, honoratisque officiis, obriuantur litibus, morbis, infortuniis & adversitatibus; quin & è medio tollantur & morte cadant: Religiosus tamen eapropter non affligitur; nullas istas in corde ejus perturbationes cident; quia mortuus est. En ideam; imaginem symbolicam quam crebrius inspexisse juvabit. Si in Mundū Egypto relieti, post multos exantatos labores, diem vestrum obiisetis; ad cadaver vestrum accessilset, parentes, fratres, sorores, amici: sed hoc nec illos aspexisset, nec ullam ex eorum præsentia gaudium percepisset: varios coram cadavere, de rebus mundanis sermones intulissent: at hoc nec audiisset, nec culâ voluprate, desiderio aut amore captum fuisset: quia cadaver, quia corpus

Ff 3 mor-

Pecunia
XVI

mortuum exitisset: simili modo, erga Parentes & cognatos vos gerite.

Deinde addit S. Pater, *Ut qui mundo, & amori proprio mortuus*. Sunt quidem illa plerumque connexa: qui enim mundo mortuus est, eriam amoris proprio mortuus est; quia tamen in regula conjuguntur, paucis expponenda sunt. Quidnam igitur est amor proprius, cui mori nos decet? Amor proprius est complacentia in bono proprio: bonum autem proprium, est id, in quod superbia, vel sensualitas nostra fertur, contra, vel præter distamen rectæ rationis: ideo dicitur proprium, quia sic convenit nobis, ut non conveniat Deo & communitati. Ejusmodi autem bona propria recensentur duplicitis generis; alia pertinent ad honorem, dignitatem, excellentiam, præminentiam, ambitionem, pomparam, & similia. Alia vero spectant ad sensualitatem, voluptatem, trahitationem, recreationem, evagationem, libertatem, & amicitiam particularem. Qua S. Maria Magdalena de Pazzis p. 4. vix c. 34. geminos amoris proprii oculos nuncupabat; propriani (sicilicet reputationem & proprium coamodum, qui si eruantur; amorem proprium haud esse reformatandum. Ita est: uterque hic oculus elevandus est, utrique generi moriendum, idque per mortificationem continuam, & per partes, atque paulatim ut quemadmodum in homine jam deposito ac mortis victima, primò emoriuntur pedes, deinde manus, tum oculi ac postea aures, nares, ac tandem ipsummet cor: ita sensim per partes in nobis

comprimendus ac subigendas amores proprios; donec è cordis sinu expellatur ac penitus occumbat.

Quod si autem dicto modo, & mundo & amori proprio defuncti fuerimus, ita ut nec mundi laudes & honores; nec carnis comoda, ac sensualitatis instrumenta quererimus, nullo negotio in ordinatum parentum, agnatorumque affectum exuemos, eumque in spirituali, recteque ordinatum contabimus.

II. Alterum motivum; inordinatum erga parentes ac propinquos affectionem ponendi, à S. Patre allegatum, est, quia Christo Domino nostro soli vivit. Unde hæc ratione licet arguere: Si soli Christo vivit; parentibus ac mundo non vivit. Religiosus autem genuinus Societas Jesu, solum Christo vivit: illi uni vivit memoria, Christum cogitando: illi vivit intellectus, Christum meditando: illi vivit voluntas, Christum amore complectendo: illi vivit oculus, auris, manus, pes, pectus & omnia, Christo serviendo, & pro Christo gloria laborando. Ac proinde non vivit mundo, quia vitalia mundi operi non exercet; non querit divitias, non ambit honores, non fertur desiderio, in ulla mundi bona: Non vivit queque carni; quia carnis voluptates non sectatur, iis praesertibus, gaudio non perfunditur, sed portis cruciatur: non vivit libi & concupiscentiis suis, qui eis non obedit, iisdem non delectatus, nec contra Dei legem fruitur: nec illi creature vivit; quia omnia reliquit. Liquebat igitur, quod soli Deo & Domino nostro Jesu Christo vivat; cuius omnem-

omnemque vitam suam exesse consequatur.

Quam bellè igitur ejusmodi Religiosus Doctoris Centum doctrinam & consilium amplectitur, 2. Corinth. 5. 25. datum: Ut & qui vivunt, jam non sibi vivant; sed qui pro ipsis mortuus est. Non sibi vivant. Id est, non sibi gloria, non sibi voluntati, non sibi voluptatis sed Christo, qui pro ipsis mortuus est; & morte sua eos redemit; ac redempcionis iure sibi servos effecit: ideoque, quemadmodum servus, non sibi laboret, non sibi vivit; sed Domino: ita Religiosus soli Christo. Domino suo laborat ac vivit; & verè cum Apostolo asseverare valet: Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus; & ego vivo Christo: & anima mea illi vivet. Dabit enim, ut ait S. Anselmus, anima humana in se deficere, & proficere in Christo, qui mortuus est, ut nos moriamur peccato; & resurrexit, ut ad justitia opera resurgeremus: & quid est aliud, non sibi, sed ei vivant; quam ut, non secundum carnem vivant, in spe terrenorum & corruptibilium bonorum; sed secundum spiritum, in spe resurrectionis, qua jam ex ipso in Christo facta est? Si igitur Iohannes Christo vivimus, consequens est, ut carni & sanguini, amorige proprio non amplius vivamus.

Veluti S. Apostolus I. c. x. 16. mox subiungit: Itaque nos ex hoc neminem novimus, secundum carnem: scilicet quod si nobis cognitione aut amicitia junctus, ex eadem Hebreæ sitpe progenitus, stemmaris nobilitate, formæ elegantiæ, doctrinæ excellentiæ exornatus: Neminem novimus secundum

ista: his & affectibus naturalibus mortuus sum, quia in Christo regeneratus, illi soli vivo, ipsum solum, & omnes in ipso, secundum charitatis spiritum, non secundum carnem, diligo: hominibus placere non quero, laudes & gloriam humanam non desidero; sed solius Dei, cui uni in omnibus placere satago. Occasionem hujus dicti sui consumpsit Apostolus ex eo, quod Pseudo-apostoli, & simul ipsius, gloriarentur, se esse Hebraeos, & semen Abrahæ: eaque de causa tacite eos perstringit, assertique se neminem nosse, in quo gloriaretur secundum carnem, seu carinalis propinquitatis & amicitia ergo; nequidem in ipso Abraham. In quantum igitur? Gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes. Ad Philip. c. 3. 3.

Parimodo Religiosi Societatis, Pauli æmulatores se exhibent: viventes soli Christo, qui pro ipsis mortuus est: & ex animo dicunt: Nos ex hoc (quo Religionis nomen dedimus, & Christo vivere coepimus) neminem novimus secundum carnem. 2. Corinth. 5. 16. In nullo illorum gloriamur; sed in Christo Iesu: nulli illorum vivimus, nulli servimus aut laboramus, nullius amore inordinato occupamur; a nullo quidquam lucri, aut commodi. aut boni temporalis speramus; sed a Christo Iesu bona æterna & coelestia, nos obtenturos confidimus.

III. Tertium motivum à S. Patriarcha propositum, affectum carnis, erga sanguine junctos, exuendum suadens, est, Quia Christum Dominum loco parentum, fratrum, & rerum omnium habemus,

babet. Quid obsecro à parentibus ac propinquis, mundoque universo praestolamur, quod non millies abundantius, à Redemptore nostro, omnis boni fonte inexhausto exspectemus? Quidni igitur huic uui vivamus, illique toto mentis affectu inhæreamus; quem parentum & omnium loco tenemus? Ipse in primis nobis loco Patris est: ut enim Isaia testatur, est Pater futuri faculi; qui nos gratia filios efficit; & gloria, beatitudinique sua in futuro saeculo hæredes instituit, plus quam paterno amore nos complectitur; mortem pro nobis Filii suis acerbissimam & ignominiosissimam oppetens, ut nobis vitam æternam promeretur. Deinde est nobis loco matris; quia nos quasi in utero portat, tanquam mater indulgentissima fovet, nutrit, lactat, mundat, consolatur, & singularem nostri providentiam gerit, nostrique aspectu, quasi filiorum; tenerimè delectatur; quos, velut gallina pullos, sub alas congregat, atque à milvis stygiis defendit. Tertiò est loco Fratris: est enim primogenitus in multis fratribus. Hinc Iponia Cant. 8. ad eum vehementer anhelat, dicens, *Quis mihi dedit fratrem meum?* Quarto est nobis loco rerum omnium. Quid enim in illo, in quo omnia, per quem omnia, ad quem omnia, non reperimus? Si in tenebris versamur; ipse lux est, lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Si pacem amamus, ipse est pax nostra, Princeps pacis. Si in tristitia ac mortore versamur, ipse est paracletus & consolator noster. Si iustitiam desideramus; iustus Dominus,

& iustitias dilexit. Psal. 10. 8. Si sapientiam cupimus: ipse est sapientia Patria, Verbum patris, fons sapientie, radix Dei in excelis. Si sanctitatem volamus: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus exercituum. Iaiz c. 6. 3. Si dirigimus & gubernari optamus; Ipse reget nunc secula. Psal 47. 5. Ipse denique est Rex noster, Dominus noster, Creator noster, Conservator, Protector, Legislator, Salvator; Thesaurus noster, Gloria nostra, Beatitudo nostra, Mercede Corona nostra, verbo, Unus est omnia.

Quia si perpendierimus, quis non libens parentes & cognatos ab amore & perfectione retrahentes relinquunt nihilque commodi aut lucri ab eis speret, ut omnia in Christo, omnium bonorum fonte abundantius habeat? iliumque loco rerum omnium plenè possidat.

Quia cum ita sint, Dilectissimi, si celestem benedictionem à Domino obtinere cupiatis, parentes & cognatos, sicut effectu, ita & affectu relinquunt, sanctoque eos odio prosequimini: afflictum carnis exuite, eum inspiritum convertite, & eo solum amore, quem charitas ordinata requirit, diligite: juvabitis ad hoc, si crebro mente revolveritis, vos mortuos esse mundo, & amori proprio, qui alias remora est, nam in cursu perfectionis retardans & defigens: proderit, si soli Christo vivatis, eumque loco parentum, & omnium rerum habeatis. Quod si feceritis, benedictiones in exordio recensitas, modo spirituali referetis: 1. Patres spirituales omnium, quos in fide & doctrina Christi instruitis, evadetis, 2. Benedic-

Si f.
sientia
4. ver-
volu-
eniam
dilig-
nos in
Rex
or no-
gislis-
Glo-
ces &
mnia,
non li-
anane
squas,
is spe-
m bo-
r? il-
te pol-
ni, i
no ob-
nator,
quie-
i: ab-
ritua-
more,
diligi-
te re-
do, &
flana-
ans ac
viva-
nium
ben-
modo
spiri-
& do-
2. Be-
dicatio-

nedictionibus spiritualibus omnibus cognati vestri benedictione cœlesti re-
& centuplo in temporalibus ditabimini. 3. Nomen vestrum in cœlesti gloria magnificabitur. 4. Complexisone de-
orum variorum, & camulo gratiarum locupletabimini. 5. Amici quoque &

copiosè participa-
bunt.

REGULA IX. SUMMARI.

DE MANIFESTATIONE DEFECTUUM.

EXHORTATIO.

IN REGULAM IX. SUMMARI.

Ostendit utilitates ex defectuum manifestatione promanantes.

T H E M A.

Ne reverearis proximum tuum in easu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. Eccli. 4.

V E L :

Contentus esse quisque debet, ut defectus ipsius Superioribus manifestentur. Reg. 8.

GRATIA INSTITUTI nostri Societatis filios non absimiles reddit quatuor animalibus, à Propheta Ezechiele. Deo revelante, consperatis cap. 1. *Similitudo vultus eorum erat facies hominis & facies leonis, à dextris eorum quatuor; & facies bovis à sinistris eorum quatuor; & facies aquile desuper eorum quatuor. Et totum corpus oculus ple-*

num in circuitu. An non omnia illa in nobis operatur gratia Instituti nostri? Ita sanè: illa enim efficit nos habere faciem hominis, virtute ac perfectione prædicti, & faciem leonis, Leonibus infernalibus terribilis, idque à dextris, id est in virtute Dei, à qua omne robur nostrum. A sinistris efficit nos habere faciem bovis, se totum per mortificationem Deo in sacrificium immolantis, idque à sinistris, ut ad sinistram partem trahentia, mortificantur. Denique faciem aquilæ desuper, ad puritatem &

Gg

claris

Pockinch
XVI